



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Emmanuel Martinez.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

calices orgijs adhibent, sa-  
crificale instrumentum om-  
ne diripiunt. Scheda san-  
guine P. Iulij exarata reper-  
ta est post eius obitum, in  
qua Sacramenti religione  
se obstringebat ad sanguinē  
pro Deo fundendum, si id *Amer. Dei.*  
posset. Nomen Iulij è lite-  
ris ab illo perscriptis decer-  
ptum, permultis, nec raro, sa-  
luti fuisse affirmant: quos in-  
ter est miles arcis Monte-  
claros, eo admoto à febri-  
bus, & dolore capitis quan-  
tocyūs persanatus.

*P. Emmanuel Martinez.*

Nobili genere in Algar- *Lusitanus.*  
bijs natus, Beatissimæ Virgi- *ibidem*  
nis ope occasiones lubricas,  
& vnam potissimum difficilioram, *1. Febr.*  
incontaminatus euau- *1632.*  
fit. Anno 1632. in Ianuario *stat. 32.*  
P. Julio Pasquali adiunctus, *Soc. 12.*  
*B.V.* *Prædictio-*  
*nes.*

B 3 dum

dum ad Cinaloas iret, dixit;  
primum qui de se venturus  
esset nuncium fore baiulum  
suæ mortis; id quod ita eue-  
nit. Dixit etiam; P. Iulium  
fidei odio non priùs quām  
se mortis socio perimendū.

*Mortific.*

*Rosarium*  
*B. V.*

*Cultus*  
*Deiparae.*

Quotidie in se perdiu sœuie-  
bat verbere iam consueto;  
Dei Matrem studiosè cole-  
bat; rosario illius è collo in-  
pectus sub veste pendente  
semper munitus. Cinaloæ  
tāta de illo inter socios op-  
nio, ut planè, contra quām  
fieri amet, nostri vestem il-  
lius ac pedes exoscularen-  
tur. Elucebat in illo inno-  
cens charitas erga Deum, &  
proximum. B. Virginis offi-  
cium, rosarium, aliud item  
de Immaculata Conceptio-  
ne officium, quotidie recita-  
bat: Sabbatum ieunio, ter-  
gen.

gendis in culina lancibus ;  
eiusdem festa verò etiam in-  
flictis dorso verberibus pri-  
diè in triclinio, eelebrabat.  
Cùm studeret necdum Sa-  
cerdos , bis quothebdoma-  
dis ad Angelorum epulum  
accedebat , duas horas dans  
gratijs inter dulces lachry-  
mas peragendis . Extremò,  
cum P. Julio (ita vti prædi-  
xerat) sagittis venenatis cō-  
fixus est , quarum prima sta-  
tim brachium illius corpori  
affixit; reliquæ illum penitus  
confecere .

Euchar.

P. Henricus Mors.

Societatem Romæ impe-  
tratam, in Anglia ingressus ,  
tirocinium in carcere Neo-  
castri posuit triennio, statim  
captus atque istuc appulsus  
est. Ibi quidam de Societate  
illi locius carceris fuit , ma-

Anglus .  
Londini .  
1. Febr.  
1645.  
Soc. 20.

B 4 gi-